

eam reservaturus non eras; tantumque debet detrahi quantum est valoris incrementum. n.69.

149. Si in contractu mutui sit rei valor exclusus, ita quod nec augmentum, nec decrementum possibile attendatur, poterit licite in pactum deduci, ut eadem omnino res v.g. tot scuta, tot tritici modii reddantur, quacunque superveniente valoris mutatione; quia cum sit æquale utrinque periculum ut: supponitur, servatur æqualitas. Tract. 14. cap. 3. num. 70. Si certum sit, vel saltem probabilis rem minus valituram, tempore restitutionis, poterit mutans majorem mensuram quam dedit exigere, secundum majorem, vel minorem certitudinem: v.g. mutasti modium tritici, cum valebat 25, credens valiturum 10. tempore præfixo pro restitutione, potes petere ut tibi tunc dentur duo modii, detractis 5. plus minusve pro incertitudine majori vel minori eventus. num. 71. Si bona fide nihil de incremento, vel decremento valoris futuri cogitans, tot scuta, tot modios tritici, &c. mutasti, dicunt communiter Doctores, quod regulariter spectanda est in redditione bonitas intrinseca rei mutuata: ideoque satisfacit mutuarius eandem rem in specie, & bonitate solvendo, etiam si in pretio decreverit; & similiter tenebitur eandem in specie, bonitate, & quantitateolvere, etiam si pretium creverit. n.72.

150. Pecunia mutuata omnino reddenda est, secundum valorem, quem habebat tempore traditionis; & ideo si scuta 100. mutua accepisti, quando scutum valebat 10. si tempore solutionis valeat 11. vel 9. tantum addes, aut detrahas ita quod adæquetur valor scutorum 100. valentium 10. quæ tradita fuerunt. Tract. 14. cap. 3. num. 73. Qui recepit mille scuta mutua in moneta aurea vel argentea, satisfaciet totidem reddendo in moneta ærea, nisi aliter convenit sit; quia major pretiositas compensatur quantitate. Erit tamen usura obligare mutuatarium ad solvendum in auro, vel argento, quod

in ære recepit: poterit tamen eum obligare ad reddendam auream pecuniam; si auream recepit; dummodo si creverit in valore, incrementum detrahatur. num. 74.

151. Poena conventionalis in mutuo licita est, dummodo non apponatur ad palliendam usuram. Licetum ergo erit mutuanti poenam conventionalem imponere, quod si mutuarius intra terminum præfixum non solvat mutuum, aliquid supra capitale solvero teneatur, etiam si nullum lucrum cesset, vel damnum emergat, ut non sit negligens in solvendo. Eset autem poena imposita in fraudem usurarum, si ob eam lucranda mutuum daretur; vel si ita breve tempus pro solutione statueretur, ut mutuatarium intra illud solvero non posse credatur. Tract. 14. cap. 3. num. 75. Ut hæc poena licite apponatur, tria requiruntur: 1. quod non cogatur eamolvere, qui sine culpa fuerit in mora: 2. quod mora notabilis sit: 3. quod poena sit culpæ, & capitali proportionata; & ideo si v. gr. solummodo dimidium capitale solvatur, dimidia tantum poena subeat. Hæc poena solvenda est ante iudicis sententiam. num. 76.77.

152. Ratione lucri cessantis, & damni emergentis potest mutans absque usurae labe aliquid supra fortem exigere, servatis sequentibus conditionibus: Prima quod ab initio mutui in pactum deducatur æstimatione lucri cessantis, & damni emergentis; nam si ab initio tale pactum non fiat, etiam si postea lucrum cesset, vel damnum emergat, nequit ob hæc aliquid supra fortem licite exigi, vel recipi, nisi in casu quo mutuarius, vi, metu, aut fraude mutuum extorserit. Tenetur etiam mutuarius, licet ab initio non præcesserit pactum, ad damnum emergens, & lucrum cessans, transacto termino solutionis præfixo, vel si non fuit præfixus terminus, ex eo tempore quo de solutione fuit a creditore interpellatus, si fuit in mora culpabili solutionis. Probabilis est in tali pacto apponendo, de-  
bere

bere mutuatarium moneri de titulo lucri cessantis, & damni emergentis. Tract. 14. cap. 3. n. 79. *Secunda conditionio est, quod lucrum cessans accipiendum sit ex contractu iusto, & licito; & quod sive lucrum quod speratur, si vero, & probabiliter eventurum; non vero fictum; aut tantum possibile in potentia remota; nec debet exigi, aut recipi: ultra id, quod valet lucrum amissum juxta æstimationem spei, deducto periculo; & expensis. num. 84.*

Tertia conditio est, quod lucri cessatio, & damni emergentia proveniant ex ipso mutuo; si enim alia via tale lucrum obtineri, vel damnum impedire possis, non potes aliquid supra fortem accipere; ut si pecuniam habeas non expostam negotiationi, & non necessariam ad alendam familiam, dotandas filias, solendam senectutem, aut ne statim periculo exponas: (nam quæ ad hæc necessaria est, non adeste censenda est.) Probabile tamen est, etiam in casu quo habeas pecuniam reservatam, ad prædicta, non necessariam, posse pro pecunia mutuata, ratione lucri cessantis, & damni emergentis aliquid recipi supra fortem: nec teneri mutuanti pecuniam reservatam negotiationi exponere in gratiam alterius. Licet ab initio conveniant de lucro cessante, & damno emergente, si de facto non sequatur, non potest mutans aliquid supra fortem recipere; nisi etiam de periculo pactum interint, dummodo probabile sit. num. 85.86.

154. Ratione periculi amittendi fortem potest absque usura aliquid recipi supra fortem; dummodo periculum verum sit, non autem fictum; & non plus exigatur, ratione periculi, quam quod alteri daretur pro assecuratione, stante tamen daretur pro assecuratione, si exhibente mutuatarium sidsufficentem, aut pignus, adhuc vellet mutans pacisci de periculo. Tract. 14. cap. 3. nu. 88. Potest mutans premium a mutuatarium exigere

ob assecurationem fortis in se susceptam; si premium iustum sit, attenta rei qualitate; & æstimatione periculi: ut si navigaturus, vel ad nundinas iturus pecunias mutnes gemeres vendas; earumque periculum in te suscipias, ita quod si pereant, tibi pereant: Nequit tamen sine usura labe mutuans ad hoc pactum obligare mutuatarium, ex vi mutui; etiam si fieret iusto pretio. n.92.

155. *Contractus societatis est auctorum, vel plurium conventio facta ob commoditatem usum, & uberioris questum.* Tunc societas incitur cum plures conveniunt sive pecuniis, sive mercibus, sive operis, ita quod unumquique fiat particeps lucri, vel detrimenti pro rata fortis suæ: qui contractus, ut licite fiat, non debet esse securum capitale alicujus ex focis. Societas 1. potest esse omnium bonorum, ex quocunque capite alicui, ex focis obvientiis, & quocunque modo iusto, & honesto acquisitos; & hæc amplius non est in usu, nisi inter maritum, & uxorem, quoad bona non vincitata, nec dotalia; aut parafamiliaria. Secundo modo in aliquo certo genere negotiationis ad communem lucrum, quod dupliciter fieri potest: 1. quando plures unum cumulum suarum pecuniarum, & mercium congerunt, communesque habent miltros, operas, & expensas: 2. cum unus locus ponit pecunias, alter vero operas; & industria tantum, vel etiam cum industria aliquam pecuniam partem. Omnis hæc societas licita est, servatis tamen sequentibus conditionibus: Prima conditio est quod qui pecuniam ponit, ejus etiam periculum subeat: Secunda quod ars, vel negotiatio licita sit: Tertia quod æquitas servetur in omnibus; ita ut quo plus pecuniarum, sive operæ quis posuit, plus habeat de lucro juxta prudentum iudicium: Quarta quod pecunia tribuatur negotiatio, aliter esset mutuum non societas: Quinta quod qui ponit pecuniam subdit non solum periculo perditionis pecuniarum, sed etiam usum ejus negotiatorum;



torum; qui vero ponit operas, seu industriam subit tantum periculo has perendi. *Tract. 14. cap. 3. nu. 94. &c.* Quatuor modis finitur contractus societatis: 1. tempore præfixo; 2. renunciatione tacita, vel expressa, cum tacito tamen, vel expresso sociorum consensu; 3. morte alicujus socii; nisi in contractu cautum fuerit, ut societas hoc non obstante perseveret; 4. impotentia alicujus socii propter egestatem, vel publicationem bonorum ejus, aut quia ære alieno gravatus cessit bonis suis, vel quia morbo detentus, carcere, caritate, vel similibus impeditus operam, vel industriam præstare non potest. n. 97.

156. Ad contractum societatis, quo quis ponit pecuniam ad negotiationem, alter vero operas, & industriam, frequenter apponi solent alii duo contractus, nempe assicuracionis capitalis, & vendicionis lucri incerti pro certo: v.g. Petrus init contractum societatis cum Paulo negotiatore, cui 100. aureos præbet, ut Paulo ponente operas, & industriam, simul lucentur. Sperat Petrus rationabiliter ex tali negotiatione se lucraturum 30. pro sua portione: cupiens autem sibi assicurari suum capitale, init alium contractum cum Paulo, & pro tali assicuracione assignat ei 10. ex propria lucri sperati portione, & remanent Petro 20. incerta. Ut autem certum aliquid habeat; vendit Paulo hæc 20. incerta pro 10. certis, per alium tertium contractum vendicionis lucri incerti pro certo; unde salvo capitali, & nullo expositus periculo recipit 10. supra sortem quam Paulo dedit. *Tract. 14. cap. 3. n. 93.* Ratione horum trium contractuum: societatis, assicuracionis capitalis, & vendicionis lucri incerti pro certo minore, potest licite tale lucrum supra sortem recipi, tribus tamen servatis conditionibus: Prima quod accipiens pecuniam teneatur cum ea negotiari: Secunda quod lucrum certum quod exigitur sit adeo moderatum, ut attentio capitale, & spe majoris lucri compensentur omnia onera contractus;

quare quo negotio lucrosior fuerit, & lucrum certius, plus exigi poterit; regulariter tamen conceduntur 5. pro 100. Tertia, quod contractus assicuracionis capitalis fiat ad instantiam socii ponentis operas, ita quod voluntarie illum ineat. n. 100. 102. 103.

157. Usurarius non acquirit dominium rei per usuram adeptæ; contractus enim usurarius jure nature irritus est, & nullus. *Tract. 14. cap. 3. nu. 107.* Quare quoad obligationem restituendi comparatur usurarius possessori male fidei. *Vid. dicta cap. præced. §. 5.* Unde fit quod si res per usuram acquisita crederet in valore apud usurarium, talis valor pertinet ad mutuatarium, & quantum vis si decrevit aut pereat, quæ non esset apud dominum peritura, pereat ipsi usurario. Sequitur etiam non posse usurarium transferre in alios dominium rei per usuram acquisitæ, si in sua specie extet, & non sit cum aliis suis rebus permixta. nu. 108. Sive usurarius acquirat dominium rei per usuram adeptæ, sive non, omnium est sententia, teneri tantundem mutuatario restituere, si constet de illo, alioquin restituitur faciendum est pauperibus; vel in alia pia opera tantundem infundi debet. Similiter omnia damna inde mutuatario sequuta ab ipso usurario, vel si ipse non satisfecit, ab ejus hæredibus refarcienda sunt. num. 111. Tenetur etiam reddere mutuatario fructus agri, domus, vineæ, &c. per usuras adeptæ, quos ipse mutuatarus percepisset, etiam si eos usurarius non percepisset. Fructus vero rerum usu consumptibilium v. gr. pecuniæ, tritici, vini &c. cum reputentur fructus industriæ, eos non tenetur restituere. n. 112. 113.

158. Concurrentes ad usuras ex parte mutuatarii, & in ejus favorem, cum non faciat illi injuriam, non peccat contra justitiam, nec tenetur restituere; peccat tamen contra charitatem, si hoc proximi malum commode avertere possit; & non avertat. Plerumque tamen & operatores usurarum, & cooperantes ad eas a peccato, & obligatione

tionem restitutionis excusantur propter ignorantiam. Etiam obligatus ad restitutionem ob cooperationem ad usuras sepe ab ea excusatur ex voluntate mutuatarii, qui præsumitur nolle eam obligationem ei imponere, qui nullum commodum ex usuris accipit. *Tract. 14. cap. 3. n. 114.* Siquidem consiliumque usuras, vel ad eas pecuniam præbens, si usurarium sit causa efficax, verus est, quod ad restitutionem teneatur; nisi tale consilium, aut cooperationem mutuatario gratam esse judicet. n. 115. Deponens pecuniam apud usurarium, ea intentione, ut inde per usuras copiosius lucretur, non peccat contra justitiam, quia non influit in actionem injustam, sed contra charitatem quia præbet usurario occasionem peccati. Si vero pecuniam committat usurario, aliàs pecunias habenti unde usuras exerceat, ut eam conservet, nullo modo peccat. n. 116.

159. Domini temporales, Judices, Advocati, qui statuto præcepto, vel alio modo causæ sunt, quod usuras solvantur, vel solvatur, & repetitur non restituantur, peccant contra justitiam, & ad restitutionem tenentur in defectum eorum, qui tales usuras recipiunt, quia sunt earum causæ efficaces. Similiter si non excludant a suis locis usurarios, ut eis præcipitur cap. *Per miserabilem* de usuris, & ipso facto excommunicantur, nisi gravi intercedente Reipublicæ necessitate eos permittant. *Tract. 14. cap. 3. num. 117.* Ministri, & famuli usurariorum, qui ministeria ab usuris remotiora exercent, ut sunt scribere, numerare pecunias, eas custodire, & similia, non peccant, nec ad restitutionem tenentur: bene vero qui usuras pro dominis suis exigunt, recipiunt, &c. n. 118. Qui ab usurario debet habere v. g. 100. Si usurarius ei cedat 100. a Paulo sibi solvenda ex vi mutui, non potest dicta 100. a Paulo recipere, quando sciat ea ob usuras deberi; & si recipiat, & apud se habeat, tenetur loco ad restitutionem; si vero consumpsit, post usurarium tene-

tur. At si ei non constet de usura, talem cessionem acceptare potest. num. 119.

160. Inducere alium ad usuras semper est intrinsece malum. Ob necessitatem, vel commodum proprium, vel alienum licet petere mutuum ab eo, quem scit petens non daturum sine usuris, quia ex malicia sua eas petit, cum sine eis mutare possit, ac proinde non peccabit mutuatarius usuras promissas solvendo: verius tamen est, non licere mutuatario sponte offerre usuras usurario pro mutuo. *Tract. 14. cap. 3. nu. 120. 121.* Major causa requiritur ad licite petendum mutuum ab usurario non parato ad usuras, quam requiritur ad licite petendum ab usurario jam parato: quare si mutuum petas ab usurario non parato, propter opus etiam duntaxat venialiter peccaminosum, ut ad convivia superflua, vanitates, &c. mortaliter peccas peccato scandalii. Verius est peccare mortaliter etiam qui sine necessitate, utilitate vel honesta causa; sed solum ad ludum, vel superfluas vanitates mutuum petit ab usurario jam parato dare sub usuris. n. 122. 123.

161. Pœnæ in jure contra usurarios latæ solum afficiunt usurarios manifestos, & notorios notorietate juris, quando scilicet quis est de tali crimine in judicio convictus, vel illud etiam extra judicium confessus est; aut notorietate facti, cum scilicet contractus usurarius nulla potest tergiversacione cellulari: nec requiritur formalis usura, sed sufficit virtualis, ut si supra justum premium vendat ob dilatam solutionem. *Tract. 14. cap. 3. num. 124.* Usurarii sunt infames; arceri debent ab omnibus sacramentis, & privati Ecclesiastica sepultura; repellendi sunt ab Ordinibus, suspendi debent ab officio, & beneficio: immo ipso facto excommunicantur qui usurarios manifestos sepultura Ecclesiastica tradunt. Usurarius in eodem statu decedentibus, interdicuntur testamentum; et si illud conficiant, nullum est; & sub nomine testamenti pro-



prohibetur illis quæcunque ultima dispositio. Ab his penes minime eximuntur usufructuarii, nisi prius satisfecerint pro usufructu, vel saltem creditoribus sufficientem dederint cautionem per pignus, vel fideiussorem. n. 125. 126. 127.

## S. IV.

*De cambiis, & censibus.*

162. *Cambium est contractus commutationis pecuniarum, quæ communiter causa lucri exercetur.* Campior dicitur is,

qui in gratiam alterius cambit; camparius vero is, quo petente fit cambium. *Tract. 14. cap. 4. num. 1.* Cambium aliud est reale, aliud fœcum. Reale cambium est, quo pecunia realiter, & vere cum alia pecunia commutatur: cambium fœcum est cambium fictum, & simulatum, cum vere fit mutuum, in quo pro pecunia absente, non loco sed tempore, pecunia numerata, & præfens datur: ut cum quis indigens Romæ pecunia, eam ibi accipit, Romæ pariter restituendam; tali die juxta valorem cambiorum Lugduni, seu quolibet alio conficito modo; & tale cambium illicitum est, & usurarium. n. 2. Cambium reale dividitur in minutum sive manuale, & locale seu per literas. Illud est quando una pecunia pro alia commutatur, cum fœnore illius qui in gratiam alterius cambit: ut quando præfens pecunia major pro minutioris præfente, aut minutior pro majore datur. Cambium locale seu per literas est, quo pecunia in uno loco data in pecuniam diverso loco reddendam permutatur, quod ut in plurimum fit per literas, & utrumque hoc genus cambii licitum est, si absque dolo, & fraude fiat. n. 4.

163. In cambio reali minuto lucrum accipi potest, ex quinque titulis. Primo ratione officii, dummodo non habeat campior stipendium a Republica assigna-

tum; 2. Ob numerationem pecuniæ;

3. Ratione materiæ excellentioris, aut majoris æstimationis; 4. Quando datur moneta currens pro non currente, in eo loco ubi vult eam camparius expendere; 5. Ratione commoditatis, quæ privat campior. *Tract. 14. cap. 4. n. 5. 6.* Hinc inferitur posse famulum cui dominus pecuniam dedit ad satisfaciendum creditori, talem pecuniam commutare retento sibi lucro; dummodo hoc non fiat contra expressam, vel tacitam domini voluntatem, & ipse dominus nullum inde patiatur detrimentum. n. 7. Etiam illis qui tale officium non habent, licitum est cambio minuto lucrari. num. 8.

164. Cambium locale seu per literas licitum est primo, ratione translationis pecuniæ, quam supplet, & æstimationis ejusdem; & hoc sive campior prius recipiat pecuniam alibi dandam, sive ipse det in præfenti alibi recipiendam, dummodo ob dilationem solutionis nihil recipiatur: 2. ratione majoris æstimationis pecuniæ, ubi eam campior solvit, quam ubi eam recipit, qui titulus seorsum computari potest; si vero plus valeret, ubi eam campior recipit, detrahendum esset de lucro; quod & in aliarum rerum permutatione observandum est: 3. quia plus æstimatur pecunia præfens, quam absens loco; cum sic camparius multa pecuniæ transferendæ pericula vitet. *Tract. 14. cap. 4. n. 9. &c.* Campiori danti prius pecuniam ad cambium, licitum est in foro conscientiæ pignus, fideiussorem, aut aliam cautionem exigere; sed tunc minus lucrum pro cambio accipere potest. num. 17.

165. *Census est jus exigendi aliquam pensionem ex persona, vel ex re alterius utilit vel fructifera.* *Tract. 14. cap. 4. n. 18.* Alius est conservativus, alius consignativus. Conservativus est quando quis rem suam alteri confert, reservato sibi jure recipiendi quotannis partem aliquam ex ea; & hic jam non est in usu. Consignativus est cum quis, re-tentis bonis, eorumque usu, consignat alteri

terti certam pensionem, quam obligatur solvere singulis mensibus vel annis: & hic dividitur in realem, & personalem; fructuarium, & pecuniarium; perpetuum, temporalem; & vitalitium: & omnes vel sunt redimibiles, vel irredimibiles. num. 19. Omnes prædicti census liciti sunt. n. 20. Variæ conditiones pro censibus instituendis assignatæ fuerunt a Mart. V. & Calisto III. non tamen præceptivæ, sed approbativæ tantum.

166. Novissime a S. Pio V. aliæ conditiones sunt assignatæ, quæ ubi talis Bulla est in suo vigore, & non contraria consuetudine abrogata, obligant sub mortali; Prima. Quod census nullo modo possit constitui, nisi supra rem immobilium, aut que pro immobili habeatur, & ex natura sua sit fructifera; per quam conditionem excluditur census personalis. Secunda. Quod census non constituitur, nisi numerata pecunia de præfenti coram testibus, & Notario; & hic excluduntur census super debita, & census pecunia credita. Tertia. Quod non fiat anticipata solutio reddituum, neque in pacto deducatur. Quarta. Non posse obligari ad casus fortuitos, eos qui alias non tenerentur ex natura contractus. Quinta. Quod dominus Hypothecæ possit eam libere vendere, & alienare. Sexta. Quod pacta obligantia morosum census debitorem ad interesse lucri cessant, ad cambium, vel alias expensas, irrita sint. Septima. Quod non augeatur census ex redditibus nod solutis. Octava. Irrita pacta de solvendo aliquo onere non debito ex natura contractus. Nona. Quod pereunte hypothecæ vel in toto, vel in parte, pereat, vel minuat census. Decimo. Quod venditor census possit eum redimere eodem pretio cum voluerit, non obstantibus quibuscunque pactis in contrarium. Undecimo. Quod quando debitor voluerit redimere, teneatur per menses duos anticipare monere dominum census. Duodecimo. Quod pretium census semel constitutum nec minui, nec augeri possit. *Tract. 14. cap. 4. n. 30.*

167. *Conditiones jure naturæ ad centum Parisi.*

Prima requisita sunt quatuor: Prima quod detur emptio, & venditio. Secunda. Quod pretium sit iustum. Tertia. Quod non imponatur censuario pœna, ut si fuerit in mora solvendi pensionem amittat hypothecam; potest tamen imponi pœna, ut si intra præfixum tempus non redimatur, fiat perpetuus, dummodo carius ematur. Quarta. Quod censuarius non obligetur redimere capitale determinato tempore, aut ad voluntatem emptoris. *Tract. 14. cap. 4. n. 38. 39.* Potest venditor obligari, ut quoties voluerit redimere censum, hoc fiat non solum eodem pretio, sed etiam eadem moneta in specie, quæ emptus est; dummodo periculum augmenti, aut decrementi monetæ sit æquale; quod si major sit spes incrementi, compen-sari debet ab emptore census illa spei æstimatione, nisi emptor statuisset servare illam monetam ulque ad illud tempus, quo plura valitura creditur, num. 42. Potest institui census cum pacto, ut non possit redimi intra determinatum tempus: item cum pacto ut non membratim, sed totum simul redimatur. n. 43. Potest institui census cum onere, ut pereunte hypothecæ, adhuc venditor maneat obligatus ad pensionis solutionem, & census non pereat; ubi non viget Bulla S. Pii V. quia res censui supponitur ut pignus, & hypothecæ, & non ut ex ea census solvatur, sed ut solutio securior sit. n. 46. 48. Potest emptor census venditorem obligare ne hypothecam alienet, compen-sato tamen gravamine, quod imponit. n. 49. Si censuarius alienare velit hypothecam, teneatur etiam præfata constitutione S. Pii V. emptorem prius monere, & illius consensum expectare per mensem, alius enim, si velit emere, præferendus est. num. 50.

## S. V.

*De ludo, promissione, & donatione.*

168. Ludus in communi acceptione pro omni eo quo animus recreari potest acci-



accipitur; & si verbis fiat, dicitur jocus; si factis, ludus. Ex natura sua indifferens est. Si ad honestum finem moderate assumatur, virtuosus est, & ad virtutem eutrapeliæ pertinet. Potest autem esse vitiosus: vel ratione materiæ, ut si esset de rebus turpibus, & obscænis; & sic erit mortale peccatum, sicuti etiam si sit de rebus sacris: vel ratione finis, ideoque si finis fuerit mortaliter peccaminosus, talis erit & ludus. Ludere præcise propter lucrum, veniale est: si illud intendat malis artibus, erit mortale. Si principaliter intendat honestam recreationem, & minus principaliter lucrum, nullum erit peccatum, etiam si non luderet, nisi speraret lucrum. Qui cum notabili iactura rei familiaris, aut damno uxoris, vel filiorum luderet, ita ut se redderet impotentem ad debita solvenda, & alendam familiam, mortaliter peccaret; his tamen præcis, non erit mortale etiam magnam quantitatem ludendo. exponere; & qui abique fraude lucratur non tenetur restituere. *Tract. 14. cap. 4. n. 51.*

169. Ludus ut est quidam contractus, definitur quod sit pactum in quo victori certaminis, res ab utroque exposita tribuitur. Hic contractus ex natura sua licitus est, servatis tamen tribus conditionibus. Prima quod ludentes habeant liberam dispositionem rei, quam ludo exponunt; quare qui cum his ludunt, qui aliena, vel ea de quibus non habent liberam administrationem, ludo exponunt, mortaliter peccant; & ad restitutionem tenentur. *Tract. 14. cap. 4. n. 53.* Secunda quod alter alterum per injurias, fraudes, convicia, &c. ad ludum non pertrahat; & qui taliter alterum ad ludum inducit, quidquid lucratur restituere tenetur. num. 56. Tertia. Quod non interveniant fraudes contra ludi leges; si quis autem fraudolenter ludat, peccat mortaliter, & restituere tenetur non solum, quæ lucratus est, sed etiam quæ alter, non intervenientibus dolis, lucratus fuisset. num. 58.

170. Ludi vetiti jure canonico, & civili sunt ludi alearum, & omnes illi qui principaliter fortunæ inniuntur; istæ tamen leges, saltem quoad Laicos, & Clericos sæculares sunt contraria consuetudine abrogatæ. n. 60. Sive prædictæ leges, obligent, sive non, qui ludo prohibito lucratur, non tenetur restituere ante iudicis sententiam, dummodo per vim, & fraudem non impederit socium a prosecutione litis, aut iudicem a prolatione sententiæ. Qui vero ludo prohibito aliquid amittit, potest tuta conscientia apud iudicem petere intra tempus a Iudice concessum; non potest tamen uti compensatione, nisi quando vi, aut fraudibus impeditur a recuperatione per Iudicem. Qui ludo vetito perdit ad creditum, non tenetur solvere. n. 61. 62. *Sponsio est contractus in quo duo de veritate, vel eventu rei contendentes sibi vicissim aliquid spondent, ut eius sit, qui veritatem fuerit assecutus.* Huiusmodi contractus licitus est si æqualitas servetur, servatur autem si absit dolus, & eventus rei sit utrinque incertus: si quis enim certus esset de eventu, peccaret sponsonem acceptando, & restituere teneretur. Si unus diceret se certo scire, alter vero credere nollet, & persisteret in sponsonem, posset alter licite acceptare; & spondere. n. 64.

171. Promissio potest esse hominis ad Deum, de qua vid. *tract. 3. cap. 2.* & hominis ad hominem, de qua in præsentem. *Promissio*, de qua hic loquimur, est *datio fidei libera*, & *sponsio de re licita*. *Tract. 14. cap. 4. num. 63.* Promissio alia est acceptata ab eo cui facta est, & hæc est promissio perfecta, & consummata: alia est non-datum acceptata, & dicitur pollicitatio: alia est, quæ sub certa forma verborum, uno interrogante alio respondente fit; & dicitur stipulatio. n. 67. Ut promissio, (idem dicendum de donatione,) sit firma, inducatque obligationem, ita ut non sit in voluntate promittentis eam pro libito revocare, requiritur promissarii, seu donatarii acceptatio.

pactio. Excipit tamen promissiones, & donationes factas infantibus, aliique rationis incapacibus; vel Civitati in reparationem ædificii; aut Reipublicæ ob honorem ab illa acceptum, vel accipiendum, vel opus inchoatum promovendum. Verus est promissionem, aut donationem etiam ad pias causas, ante acceptationem juramento non firmari, sed adhuc non obstantem juramento posse revocari. n. 70.

172. Inter præsentem, verbis, vel signis fit acceptatio promissionis, vel donationis; immo in promissione, vel donatione gratuita etiam qui tacet acceptare videtur; secus in onerosa. *Tract. 14. c. 4. n. 71.* Inter absentes sicuti promissio, vel donatio declaratur donatario, seu promissario per nuncium, vel epistolam; eodem modo debet pariter acceptatio declarari. n. 72. 73. Mortuo promissario, sive donatario ante acceptationem, jus acceptandi non transit ad hæredes; mortuo vero donatore, vel promissore ante acceptationem potest adhuc promissarius, seu donatarius acceptare. n. 74-75. Promissio onerosa acceptata, necnon & promissio civilis, seu legalis, quæ fit coram Notario, & testibus, vel per chirographum cum subscriptione, ex genere suo obligat sub mortali. n. 76.

173. Promissum non implere, & si dem datam non servare proculdubio peccatum est contra veritatem, & fidelitatem: & si violatio promissionis sit proximo perniciosa, est ex genere suo peccatum mortale. *Tract. 14. cap. 4. n. 77.* Promissum de re inutili, impossibili, sibi graviter nociva, vel illicita non servare, nullum peccatum est. Similiter quoties supervenit promissioni notabilis rerum mutatio, quæ si ab initio prævisa esset, non ferret, talis promissio obligatoria non est. n. 78. Nuda, & simplex promissio gratuita acceptata, satis probabiliter, & juxta doctrinam D. Thomæ, per se loquendo solum obligat sub veniali, ratione fidelitatis, quæ solum ex quadam honestate obligat, non vero ex

justitia; repugnat enim velle obligare tantum simplici promissione, & simul ex justitia. n. 82.

174. Donatio est rei licite nullo jure cogente, ex mera liberalitate facta collatio. Donatio alia est realis, alia verbalis; insuper alia est donatio inter vivos, alia est donatio causa mortis. Donatio realis requirit actualem rei traditionem, & translationem domini; donatio verbalis est imperfecta, & indiget acceptance, & solis verbis perficitur. Utraque vel est inter vivos; quando nimirum quis sic donat, ut etiam vivens velit absolute rei dominium transferre in donatarium: vel est causa mortis, cum scilicet donator non velit rem absolute, & irrevocabiler esse alterius, nisi post mortem. *Tract. 14. cap. 4. n. 87.* Nonne illi donare possunt, qui habent rei dominium & administrationem; ideoque omnes qui contrahere possunt, & rem pro sua voluntate alienare. n. 88. Illis quibus in jure prohibuitur esse donare, non interdicitur donatio remunerativa. n. 90. Verus est, quod donatarius sciens, aut probabiliter judicans donationem fieri in fraudem creditorum, peccat accipiendo, & ad restitutionem tenetur. num. 92.

175. Insinuatio est quedam solemnis declaratio proprie voluntatis communi Judice, & Notario facta, & scriptis commendata de donatione quam quis facere intendit, his vel similibus verbis expressa: Volo tunc dare Petro. Ad hanc non est necessaria causæ cognitio, nec Judicis licentia, aut decretum. In his casibus, in quibus insinuatio requiritur, donatio sine illa facta non valet, saltem quoad forum externum; nec potest aliquis insinuationi renunciare. *Tract. 14. cap. 4. n. 93.* Invalida est donatio, aut promissio facta, sine insinuatione ultra 500. solidos quoad excessum tantum. Valent autem 500. solidi 800. scuta aurea. n. 94. Leges insinuationem præcipientes, non obligant in foro conscientiæ donatarios ad restitutionem; sed solum dant actionem donatori, vel hæredibus in foro externo contra donatarium.



tarium. n. 95. Donatio, & promissio etiam ultra 500. solidos facta absque insinuatione valet, si juramento firmata fuit; si facta ad redimendum captivos; vel in favorem Ecclesiæ; vel ad pias causas; vel ad reparandas ædes incendio, aut ruina dirutas; si magister militiæ donet militi quæcunque bona mobilia cujuscunque valoris. n. 96.

176. Donatio omnium bonorum, tam præsentium quam futurorum sive absque insinuatione, sive cum illa fiat, invalida est jure communi. Valida tamen erit si fiat Ecclesiæ, vel ad pias causas: si juramento firmetur: si fiat ratione alterius contractus onerosi. Cæterum etiam præter istos casus talem donationem facere, non erit mortale; nisi in notabile præjudicium alterius cedat. Tract. 14. cap. 4. num. 98. 99. Donationes simplices inter conjuges sunt invalidæ jure communi; ita ut ad arbitrium donantis revocari possint: potest tamen vir, vel uxor cui donatur id retinere vel distrahere, quia quousque non revocatur, censetur donator in eadem voluntate persistere. n. 100. Firmantur tamen prædictæ donationes juramento: item morte donatoris, dummodo in vita tacite, vel expresse revocata non fuerit, & res tradita sit; traditi autem censetur, si pro ea se obliget, & fidejussorem constituat, & donator ante donationem moriatur. Quod si non constet quis prior decesserit, valida censetur donatio. Si uterque simul moriatur, ut in naufragio, præsumendum est prius uxorem decessisse. n. 101.

177. Donatio simplex inter conjuges

tis, sine clausula tamen quod non possit revocari, quia per dictam clausulam evaderet donatio inter vivos; si denique uxor donet marito ad consequendam dignitatem, honorem, literas addendas, vel eundem ad bellum, &c. Tract. 14. cap. 4. num. 102. Possunt conjuges sibi invicem remittere, & condonare omnia bona ex lucro in posterum habenda, non vero ea quæ jam lucrata sunt, n. 103. Donatio Patris ad Filium, qui est adhuc sub Patria Potestate, invalida est: firmatur tamen talis donatio in omnibus illis casibus, in quibus firmatur donatio inter conjuges. Cavendum tamen ne in casibus, in quibus tales donationes valent, in præjudicium tertii redundent. n. 104. 105.

178. Tribus ex causis donatio a jure non reprobata, ex se valida, perfecta, & acceptata revocari potest, etiam post traditionem rei. Primo ob ingratitudinem donatarii. Hujus causæ adfensus in jure assignati sunt, nempe: si donatarius injurias atroces in donatorem jactaverit: si manus impias in eum injecerit: si jacturam non levem in bonis ejus attulerit: si eum in periculum vitæ conjecerit: si inopia pressum non aluerit: si cum uxore donatoris adulterium commiserit, vel filiam ejus violaverit, & similia. Hæc autem revocatio locum non habet in donationibus remuneratoriis, nec in donationibus factis monasterio, vel Ecclesiæ, quia censentur factæ Deo, & ob gravem causam, Tract. 14. cap. 4. num. 106. n. 107. Donatarius ingratus non tenetur restituere donec per Judicis sententiam condemnatur. At re nondum tradita, licet

navit; quia si ostea filios legitimos habuerit, potest revocare quod donavit. Si donatio facta fuit Ecclesiæ, vel piæ causæ, non revocatur, nisi quoad portionem legitimam filiorum postea suscepturam. Idem ex jure Civili de donatione facta filio: at secundum jus Canonicum ex pietate, & æquitate revocari debet in integrum. Tract. 14. cap. 4. num. 109. Etiam in hoc casu venditio donatariorum non tenetur ad restitutionem, donec a donatore, vel ejus filius datum repetatur; etiam si donator juraverit se non revocaturum, revocare potest; quia sub illa tacita conditione: si filios non habuero, censetur jurasse. n. 110.

180. Tertia causa, ob quam revocari potest, est, si sit inofficiosa, id est contra debitum pietatis paternæ in filios: & quidem si sit inofficiosa in re solum, revocanda est quoad portionem filii defraudatam: si in re, & consilio; id est si donatio fiat extraneis animo defraudandi filios, tota infirmatur: si aliis filii, vel descendibus, aut Ecclesiæ vel piæ causæ, infirmatur quoad partem, qua defraudantur filii. Talis donatio non est ipso facto irrita, nec tenetur donatarius ante Judicis sententiam restituere. Quando donatio ob hanc causam revocatur, debet esse post mortem parentum, quia tunc solum incipit esse in præjudicium filiorum. Donatio inofficiosa semper ex genere suo est peccatum mortale. Tract. 14. cap. 4. n. 111.

181. Donatio causa mortis est, per quam rem quam dono, malo me habere, quam illum cui dono, sed magis illum quam

donatione habeatur, donatio inter vivos judicatur, etiam si ab infirmo, & morti proximo fiat. In dubio a donatio fit inter vivos, vel causa mortis, judicanda est donatio inter vivos, n. 113.

182. Donatio causa mortis dupliciter accipi potest: absolute, vel sub conditione. Sub conditione fieri censetur, si instante morte dones, casu quo sequatur; & tunc morte non secuta, donatio evanescit. Absolute fieri censetur, cum donas in tempus quo e vita discesseris, non tamen sub conditione si sequatur mors; & hæc donatio subsistit, etiam si donator longo tempore supervivat, quousque non revocetur. Verum, quando fit, instante periculo mortis, debet sufficienter exprimi voluntas donandi absolute; nam aliter non censetur quidem absolute donatio causa mortis, sed ob causam mortis imminens, & sub conditione quod sequatur. Tract. 14. cap. 4. n. 114. Donatio causa mortis convenit, cum legato, & aliis ultimis voluntatibus. 1. In eo quod ad eam tot testes requiruntur, quot ad codicillum. 2. Quia sicut testamentum, & codicillum possunt revocari sola preterita testatoris, seu legatarii, sic & donatio causa mortis. 3. Quia utrobique capacitas, seu aptitudo donatarii ad recipiendum, & donatoris ad donandum, spectatur tempore mortis donantis. 4. Si donatio facta est in codicillo, vel testamento, sicuti illis ruptis evanescit codicillus, & testamentum, sic & donatio. 5. Sicuti donatio causa mortis, licet excedat 500. solidos, non indiget insinuatione, sic nec testamentum.



nactus, causa mortis donare potest, abique Curatoris auctoritate. n. 117. Etiam uxor abique viri consensu donare potest, causa mortis, sicuti uterque testare potest. n. 118.

## §. VI.

## De testamentis, &amp; ultimis voluntatibus.

183. Ultimæ dispositiones, seu voluntates sunt in multiplici differentia, nimirum: Testamentum, Codicillus, legatum, fideicommissum, & donatio causa mortis, de qua supra. Ultima dispositio in communi sumpta, est voluntatis nostræ ultima sententia de eo, quod quis post mortem fieri vult. Testamentum est ultima dispositio cum directa hæredis institutione. Tract. 14. cap. 5. n. 2. Ex jure communi non valet testamentum, in quo hæres non instituitur, n. 3. Duplex est testamentum: in scriptis, seu clausum; & nuncupativum, seu apertum. n. 4. Ex jure communi ad testamentum nuncupativum, sive fiat scriptura, sive abique illa, requiruntur 7. testes masculi, puberes, liberi, vel ut tales reputati, rogati, seu invitati, & quod omnes simul audiant voluntatem testatoris: non est tamen necesse quod sint testes, omni exceptione majores, etiam quando sit coram tribus testibus tantum abique Tabellione, sed sufficit quod non sint ex iis, quibus jus commune prohibet esse testes in testamento. n. 5.

184. Rejiciuntur a testificando in testamento filifamilias, pater, & qui in patris potestate est: item hæres, & qui in hæredis potestate est, & pater ipsius hæredis in causa propria; valet tamen hujusmodi testamentum quoad alia in eo contenta. Admittuntur vero legatarii, & fideicommissarii particulares in testamento, in quo eis legatum, aut fideicommissum particulare relinquitur. Admittitur etiam Tutor a patre liberis assignatus, quia hi omnes non censentur testes in causa propria,

cum de hæredis institutione principaliter testentur. Ob eandem rationem non prohibetur dictanti testamentum aliquid legari; quamvis Tabellioni, aut scribenti non possit. Tract. 14. cap. 5. n. 10. Requiritur etiam, ut testamentum validum sit, quod omnes testes simul eodem tempore, & loco audiant, & intelligant voluntatem testatoris scriptam, si condatur testamentum scriptura; vel viva voce expressam, si abique scriptura condatur. Requiritur etiam quando testamentum nuncupativum ante Tabellionem sit, quod legatur coram testibus ante mortem testatoris, & omnes testes præsentés sint, & testatorem videant; & ideo cæcus in testamento nuncupativo testis esse non potest. n. 11.

185. Per signa nemo potest testamentum condere, nec hæredem instituere. Tract. 14. cap. 5. n. 12. Ad testamentum clausum jure communi requiritur, quod post confectam, & clausam scripturam, septem adsint testes, masculi, liberi, puberes, rogati, quibus præsentibus simul eodem tempore coram illis manifestet testator, illud esse suum testamentum, & se subscribat, si sciat, & possit; sin autem alius adhibeatur testis qui subscribat pro eo, & deinde super testamentum omnes testes debent subscribere; & si aliquis nesciat, unus pro altero subscribere debet: ac denique omnes signare debent scripturam illam, sigillo proprio, vel alieno, & sufficit si omnes eodem sigillo signent. Quilibet ex his conditionibus deficiente, testamentum invalidum est. n. 13. Quando testator sua manu testamentum clausum non scripsit, sed alteri scribendum commisit; si qui scribit, seipsum hæredem instituit, vel legatarium, non valet testamentum quantum ad ea, quæ ad ipsum spectant: sed quia hæc lex fundatur in presumptione fraudis, si hæc absit, & bona fide scripserit, non inavertit hæredem, vel legatarium, poterit retinere hereditatem, & si reddiderit, uti compensatione. Hæc lex non comprehendit dictantes, sed tantum

pro-

propria manuscribentes. Relictus hæres in testamento clauso, in eo testis esse non potest. n. 15.

186. Pia causa illa dicitur, quæ sit in honorem Dei, satisfactionem culpæ propriarum, vel alienarum, consecutionem, vel augmentum Gratiæ, & Gloriæ, & quidquid ad bonum spirituale animæ ordinatur. Hinc nomine piæ causæ veniunt pauperes, Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, captivorum redemptio, pauperum, virginum, & viduarum subsidium etiamsi consanguineæ sint, & omnia loca, & instituta pia. Illud autem dicitur testamentum ad piæ causæ, in quo instituitur hæres pia causa, vel ipsi hæredi substituitur: quare non erit testamentum ad piæ causæ, in quo tantum aliquod legatum piæ relinquitur. Tract. 14. cap. 5. n. 16. Pro testamento ad piæ causæ nulla requiritur solemnitas, sive jure communi, sive particulari alicujus Regni assignata; sed sufficit illa, quæ jure naturæ ad omnes contractus exigitur, nempe consensus testatoris, qui consistat possit per duos testes, sive viros, sive feminas: & valet etiam quoad piæ causæ, seu quoad legata pia testamentum, aliàs nullum ob defectum solemnitatis: & licet testator non potuerit loqui, valet legatum, vel testamentum ad piæ causæ, si saltem signis suam significet voluntatem. n. 17.

187. Præsentia duorum testium pro testamento ad piæ causæ non requiritur, tanquam forma substantialis, sed solum ad probandum in foro externo, talem fuisse testatoris voluntatem: unde reipia coram Deo, & in foro animæ valet etiamsi desint. Tract. 14. cap. 5. n. 18. Quando valet testamentum ad piæ causæ abique solemnitate factum, valet etiam legata in eo contenta quamvis profana. Testamentum in quo constituitur hæres consanguineus, vel extraneus, & pia causa, si careat solemnitate debita, valet tantum quoad institutionem piæ causæ, non vero quoad institutionem alterius hæredis. n. 19.

Ad testamentum patentem inter liberos etiam emancipatos, vel alios descendentes, sive pater, sive mater testatur; & ad testamentum filiorum inter parentes, & ascendentes solum duo testes requiruntur, etiam non masculi, nec rogati, nec requiritur quod subscribant: & licet alia solemnitates deficiant, validum est. n. 20. Ad testamentum cæci inter liberos, sive inter extraneos, (qui inscriptis testari non potest, seu testamentum clausum condere, sed tantum nuncupativum) septem testes requiruntur cum conditionibus pro aliis testamentis nuncupativis adductis. num. 21. Quando miles extra castra est, seu quando in expeditione non est, eandem in condendo testamentum cum aliis debet solemnitatem observare: quando vero est in castris, seu in actuali bello nihil aliud requiritur, quam quod per duos testes viros vel mulieres de ejus voluntate constet: eodemque privilegio gaudent omnes in castris servientes. num. 22.

188. Codicillus est quedam ultima voluntatis dispositio, sine directa hæredis institutione, sive in scriptis, sive nuncupativa oretenus tantum fiat. Quare per codicillum directe institui nequit hæres, nec institutus in testamento revocari; nisi id fiat ex privilegio, ut in codicillo militis, vel indirecte per fideicommissum. Tract. 14. cap. 5. num. 23. Ad omnem codicillum, & quamlibet aliam dispositionem ultimæ voluntatis quinque requiruntur testes: codicillus autem militis, vel ad piæ causæ non plures requirit testes quam hujusmodi testamenta. num. 24. Solet apponi in testamentis quedam clausula codicillaris, per quam nimirum testator mandat, & vult quod si testamentum suum non valeat ut testamentum, valeat vel ut codicillus, aut ultima voluntas, vel meliore modo quo locutus fuerit in jure: hæc autem apponitur ad hoc ut testamentum ex aliquo substantiali defectu invalidum, suum aliquo modo fortiori effectum. Potest autem codicillus fieri ante, vel post testamentum; nec revocatus censetur per subsequens



sequens testamentum, nisi constet testatorem voluisse illum revocare. Possunt dari plures codicilli validi ejusdem testatoris, nisi invicem adverterentur: quod si duo, vel plures sint inter se contrarii, ultimo standum erit. n. 25.

189. Si testator suum testamentum finire non potuit, non valet, etsi coram Notario, & sufficienti numero testium fuerit inchoatum, si constet eum alios hæredes instituisse, vel alia legata condere voluisse: in dubio autem valet, & perfectum judicatur. Si in tali testamento imperfecto sit hæres causa pia, vel legata pia in eo ordinatur, quoad hæc valebit. *Tract. 14. cap. 5. num. 27.* Si confectio testamento coram Notario, & sufficienti numero testium, moriatur testator antequam coram illo legatur, non valet, nisi ex ipso Notario, & sufficienti numero testium constet, testamentum nihil continere alienum a voluntate testatoris, sic enim validum erit in utroque foro. num. 28. Testamentum imperfectum ex defectu libertatis testatoris, quia nimirum non compos sui, vel coactus, aut per vim, fraudem, vel dolum, aut errorem ad sic disponendum inductus, nullum est, & invalidum. num. 29. Peccat mortaliter qui testatorem metu, fraude, vel mendacis inducit ut se, vel aliam instituat hæredem; & restituere tenetur hæredibus necessariis, vel aliis nominatis, vel ab intestato succedentibus. Idem dicendum de eo, qui precibus importunis, aut metu reverentiali testatorem cogeret, & ad restitutionem teneretur. Non tamen peccaret nec ad restitutionem teneretur, qui consilio, suasionem, precibus non importunis, vel blanditiis tantum induceret. Quod si hoc faceret ex odio, vel pravo affectu ad eum, quem testator instituisse cogitabat, peccaret quidem graviter contra charitatem, non tamen contra iustitiam, nec restituere teneretur. n. 30-31.

190. Qui nec bona habent, nec habere sperant, nec jus habent ad, ea testari non possunt. Clerici sæculares de bonis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus testari possunt; secus de bonis

Ecclesiasticis. Servi testamentum facere non possunt: nec prodigus cui a Jure interdicta est honorum administratio. *Tract. 14. cap. 5. num. 32.* Jure naturæ intelligibilis est quilibet ante usum rationis, nec non perpetuo amens in omni linea: qui vero solum in aliqua materia amens est, & qui habet lucida intervalla testari potest. num. 33. De ægroto delirante similiter dicendum, quod tempore sanæ mentis testari potest. Notarius autem, & testes testificari poterunt, tempore sanæ mentis conditum fuisse testamentum. Qui immediate ante delirabat non presumitur mutatus, nisi probetur; sic e contra qui immediate ante sanæ mentis erat, non presumitur delirans, nisi probetur. num. 34. Ex jure civili impubes testari non potest, etiam si miles sit, etiam si testari velit ad pias causas. Ex Principis concessione, impubes testari potest eodem die quo pubertatem ingreditur. n. 35.

191. Filiusfamilias pubertatem nactus testari potest de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus: de adventitiis vero testari non potest, etiam de consensu patris, nisi ad pias causas accedente patris consensu. De adventitiis quæ post Clericatum sibi adveniunt, testari potest etiam sine patris consensu tam ad pias causas quam profanas; quia sunt quasi castrensia. De adventitiis ante Clericatum, nec ante nec post Clericatum testari potest. *Tract. 14. cap. 5. num. 36.* Simul mutus, & surdus a nativitate nequit testari, codicillos facere, aut donationes causa mortis; bene vero si tantum mutus sit, dummodo scribere sciat, testari poterit, codicillos facere, & donationes causa mortis. Mutus ex morbo, etiam si scribere nesciat, codicillos facere potest per nutus. num. 37. Testari non possunt, qui crimen commiserunt, cui annexa est poena inhabilitatis ad testandum. num. 38. Ufurarius notorius valide testamentum condere nequit, aut codicillum facere, vel donationes causa mortis, etiam si a tali exercitio deliterit, donec præstet debitam satisfactionem, vel cautionem: & non

valet ejus testamentum, etiam si factum fuerit ante usuras: præstita tamen satisfactione, vel cautione, sive ante, sive post usuras conditum convalescit. num. 39. Commendatarii D. Joannis testari nequeunt; bene vero alii. Novitii, & Novitæ ante Professionem de suis bonis possunt facere testamentum. n. 40.

192. Omnes qui ex jure non sunt inhabiles facti, hæredes, sive legatarii in testamento institui possunt: sive puer, sive amens, sive Civitas, sive collegium, sive Monasterium. De Religiosis vide tract. 9. num. 78. 79. Quicumque ob delictum commissum testari non potest, neque potest institui hæres, aut legatarius; & hæreditas vel legatum devolvitur ad hæredes ab intestato. Si hæres occidat testatorem, hæreditate privatur, & devolvitur ad Fiscum: Si vero legatarius occidat testatorem, amittit legatum, & hoc devolvitur ad hæredes ab intestato. Notandum tamen quod quando hæres, vel legatarius, ob crimen privatur bonis defuncti, quin devolvatur hæreditas ad hæredes ab intestato, non tenetur hæres vel legatarius restituere ante iudicis sententiam, cum sit poena non inhabilitas. *Tract. 14. cap. 5. n. 42. 43. 44.* Qui prohibuit testatori ne faceret testamentum, vel factum revocaret, arceatur ab hæreditate, & legato, & Fisco applicatur; & tenetur etiam ante iudicis sententiam damnum illatum iis, quibus interest rescire. Si hæres accessit ad uxorem testatoris, aufertur ab eo hæreditas, & Fisco applicatur: & hoc de legatario certissimum est. n. 45.

193. Ob crimen parentum arcentur filii ab eorum hæreditate. Pro quo sciendum, quod ( præter filios legitimos, qui nempe vel ex legitimo matrimonio nati, vel saltem ex matrimonio reputato vel legitimo, vel legitimi sunt per subsequens matrimonium, ) duo sunt genera illegitimorum, qui ex parentum crimine nati sunt. Alii namque sunt naturales, qui scilicet geniti sunt a parentibus, nullum ad matrimonium inter se contrahendum dirimens impedimentum

habentibus; qui, si matrimonium subsequatur, legitimi sunt. Alii sunt spurii, qui scilicet a parentibus, aliquo impedimento irretiti, nati sunt; quorum aliqui dicuntur geniti ex damnato concubitu; illi nempe qui nati sunt ex copula, ob quam matri imponitur poena mortis; prout est copula dominæ cum servo; copula, quæ sit incestuosa simul, & adultera; copula incestuosa cum aliquo ex ascendentibus, vel descendentibus; copula Christianæ cum Judæo, vel Mahumetano. n. 47. 48.

194. Tenentur parentes jure naturæ alimenta proprio statui convenientia filiis etiam spuris, damnatoque ex concubitu natis præbere, nempe necessaria ad victum, vestitum, habitationem, medicamentum, sumptus funeris, & aliquas Missas; item spurii uxorem alere, ejus liberos, servos, & ancillas juxta e jus indigentiam, & dignitatem, etiam si pater facerens sit, & Mater monialis. Tenetur etiam pater etiam filios facerens sit, filiam spuriam dotare. Sed hæc intelligenda, nisi filii spurii aliunde habeant, unde sibi hæc prævidere possint. Neque cogendus est spurus ad sibi victum labore comparandum, quando attenta conditione ei deducis esset: nec potest pater eum ponere in Collegio orphanorum, vel pauperum domo; nisi forte ipse sit pauper, & nisi res sit occulta, & timeatur infamia; tenebitur tamen parens in hoc casu, loco pro compensare sumptus, saltem ex decentia, & gratitudine. *Tract. 14. cap. 5. num. 50. 51. 52.* Avi etiam in defectum parentum, tenentur filiis filiorum etiam spuris alimenta præstare: & e contra filii etiam spurii, & nepotes in eorum defectum tenentur alere parentes, & avos, si pauperes sint. Etiam hæredes patris tenentur in ejus defectum alimenta præstare filio spurio. n. 53.

195. Pater non tenetur filiis five naturalibus, five spuris alimenta præbere, nec ipsi ejus reputantur quantum ad succensionem, vel alia, quando eos non agnoscit: semel autem cogniti amplius rejici non possunt. Filius ex concubina



natus, quam quis unicam domi habebat, si non constet eam illo tempore rem habuisse cum aliis, ipsius censendus est. Tract. 14. cap. 5. num. 54. Primo triennio quoad obligationem lactis, tenetur mater filios alere; alii vero sumptus necessarii etiam in primo triennio debent a patre exhiberi. Si pater eo tempore moriatur, succedit mater quoad omnia in obligatione alendi. Transacto primo triennio tenetur pater alimenta filio præbere, donec puer sua industria se sustentare valeat. n. 55.

196. Jure communi filii naturales succedunt matri ab intestato æqualiter cum aliis legitimis; si qui sunt. Tract. 14. cap. 5. num. 57. Filius etiam ex damnata copula natus, sed abique culpa matris; quia vel vi oppressa, vel fraude cognita, ei succedit tam legitimis, quam ab intestato cum aliis legitimis. nu. 58. Filius spurius, nisi sit ex damnata copula, succedit matri, tam ex testamento quam ab intestato, ex jure communi, nisi filios legitimos habeat. Filius ex damnata copula natus, nec succedit matri ab intestato, nec ab ea potest institui hæres, nec legatarius. num. 59. Filius naturalis succedit patri ab intestato in duabus uncis, idest in sexta parte bonorum, deficientibus legitimis, si non habeat pater uxorem, ne forte ipsa erubescat, aut invideat. num. 60. Pater non habens legitimis, aut descendentes potest ex testamento omnia bona sua relinquere filio naturali. num. 61. Filius spurius nihil præter alimenta potest de bonis paternis recipere, si ex testamento, siue ab intestato siue donatione inter vivos, siue alio modo, etiam si pater legitimis liberos non habeat. n. 62. Spurius potest ab avo, vel proavo paterno recipere per testamentum, siue extra, dummodo isti legitimos non habeant, vel legitimatos a Principe. num. 63.

197. Si pater spurii mander in testamento ut bona sua distribuatur in pauperes, vel consanguineos, non possunt commissarii quidquam dare spurio. Si vero pater spurii constitutus sit execu-

tor testamentarius, ut inter pauperes bona testatoris distribuat, poterit ex eis dare filio spurio, si pauper sit. Tract. 14. cap. 5. num. 64. Si pater bona incerta injuste acquisita debeat distribuere in pauperes, poterit filio suo spurio applicare, si pauper sit. Ibid. Potest spurius substitui a patre substitutione pupillari, non ita ut bona paterna per pupillum ad ipsum perveniant, sed ut in alia bona pupilli succedat; non tamen potest substitui hæres per substitutionem vulgarem, aut fideicommissariam. num. 65. Si pater spurii ex testamento, vel donatione transferat dominium bonorum suorum in amicum absolute, nulla ab eo exacta fide, aut præstita de restituis bonis filio suo spurio; etiam si faciat ex fiducia quod ea dabit spurio, & etiam si hunc animum donatario manifestaverit, potest nihilominus amicus ea spurio dare, & spurius recipere. num. 66. Quæ dicta sunt in hac & præced. sectione de successione filiorum naturalium, & spuriorum in bonis parentum, dicenda sunt etiam proportione servata de successione parentum in bonis filiorum naturalium, vel spuriorum. num. 56.

198. Si pater donet amico bona sua, vel cum instituat hæredem cum pacto explicito, aut implicito, ut reddat hæreditatem filio spurio, tam pater quam amicus cum tali promissione hæreditatem accipiens mortaliter peccant; & hoc certum est. Certum est etiam quod in casu quo amicus fidem præstet parenti de reddendis bonis spurio; talia bona adjudicantur Fisco, eique applicanda sunt, post Judicis sententiam: Fideicommissarius tamen Judicis inquirenti de tali promissione non tenetur respondere nisi præcedente infamia, & poterit æquocatione uti; quia in tali casu infamia non præcedente, iudice non interrogat. Antequam Judicis sententiam, secundum aliquos fideicommissarius non acquirit dominium hæreditatis, nec potest eam sibi retinere, nec dare filio spurio, sed tenetur eam reddere hæredibus ab intestato. Secundum alios potest fideicommissa-

fa-

farius talia bona sibi retinere, nec ea eniquam reddere tenetur. Secundum alios denique fideicommissarius sit quidem dominus talium bonorum, sed ea tenetur reddere filio spurio; & omnes istæ sententiæ satis probabiles sunt. Tract. 14. cap. 5. n. 67. 68. 70. 73.

199. Hæredes alii sunt necessarii, alii extranei, alii ab intestato. Hæredes necessarii dicuntur illi, quos testator præterire non potest, sed necessario debet eos instituire in legitima illis correspondente, & si eos prætereat, testamentum nullum est a jure. Quando filii non supersunt, succedunt necessario nepotes, pronepotes &c. ita ut propinquior in gradu sit aliis præferendus. Tract. 14. cap. 5. num. 77. 78. Si pater habeat quatuor filios, vel pauciores, tenetur pro legitima tertiam partem bonorum suorum dividere inter illos: Si plures quam quatuor habeat filios, medietatem bonorum inter eos dividere debet. num. 79. In partitione bonorum debent hæredes necessarii afferre in cumulatum dividendum, quæ singuli receperunt in dotem vel donationem: quod si dos vel donatio fuerit inofficiosa, idest excedens portionem illis contingentem, debet restitui excessus, & inter alios hæredes pro rata dividi. num. 80. Descendentes remotiores non succedunt, viventibus proximioribus; quare si pater habeat filios, & nepotes, hæreditas dividitur inter filios per capita, seu per viriles personas: si aliquis horum mortuus fuerit, & reliquat filios, hi succedunt loco patris in hæreditatem Avi, vel Avæ non per capita sed per stirpem; hoc est, omnibus his simul sumptis competit ea portio, quæ eorum patri pro legitima debebatur. n. 81.

200. Non possunt ascendentes gravamen aliquod, modum, conditionemve imponere descendentibus in legitima. Omnis autem modus, omnis conditio, aut gravamen ab eis impostum a jure prorsus rejicitur, & pro non imposto habetur. Et si pater filium instituat hæredem omnium bonorum, & gravamen toti hæreditati imponat, impostio non

tenet quoad legitimam, sed tantum quoad id quod est supra legitimam. Et idem dicendum de legitima ascendentibus debita in bonis descendentium. Tract. 14. cap. 5. num. 82. Descendentibus succedunt in legitima sibi debita ascendentes proximiores, si defunctus descendentes non habeat, vel iis ex justa causa exhereditatis, aut inhabilitatis factis, propter delictum. Igitur ex ascendentibus prius succedunt in legitima pater, & mater in partes æquales, si ex parentibus unus tantum supervivat, ille solus succedit in tota legitima. Mortuo utroque parente succedunt avi, ita quod media pars ad avos paternos, alia medietas ad maternos, siue ambo, siue alter tantum, tum ex avis paternis tum ex maternis vivat. Nullo avo supervivente succedunt proavi eodem ordine, & eadem divisione. Igitur vivente alioque ex proximioribus, nullus ex remotioribus succedit: ideoque si sola mater vivat, sola mater succedit, non vero avi paterni; si solus pater supervivens sit solus pater succedit, non vero avi paterni. Legitima ascendentibus debita non assignatur in jure, ex Glossa tamen communiter recepta est tertia pars bonorum. n. 83. 84.

201. Marito non habenti unde valeat sustentari, debetur ex toto cumulo bonorum uxoris quarta pars, antequam de tertia inter liberos, & de quinta inter extraneos disponat. Sic & uxori de bonis mariti, siue intestatus, siue cum testamento decedat. Tract. 14. cap. 5. nu. 85. Fratres, vel sorores, deficientibus ascendentibus, & descendentibus non sunt hæredes necessarii, nec ullum jus habent, ut instituantur hæredes: & minus ceteri consanguinei; ideoque præteriri poterunt instituto extraneo, nisi bona vincularia sint. Si testator carens descendentibus, & ascendentibus habeat fratres, vel cognatos, siue consanguineos indigentes, tenetur non ex iustitia, sed ex charitate hæreditatem dividere inter illos, vel saltem quantum sufficit ad eorum indigentiam sublevandam, servato ordine charitatis: testamentum autem aliter factum validum undequaque re-



linquitur. n. 86. 87. Si testator dicat instituo fratres meos hæredes universales omnium bonorum meorum, non ob id institui censentur filii fratris defuncti. Si simpliciter dicat, & absolute: instituo fratres meos hæredes: censentur similiter institui soli fratres ex patre, & matre, non vero semifratres, scilicet ex patre tantum, vel ex matre. n. 88.

202. Causæ ob quas parentes possunt exhæredare filios, & e contra, habentur Tract. 5. sect. 3. 7. In casibus, in quibus parentes filios, & e contra exhæredare possunt, nequeunt tamen eis alimenta ad vitam necessaria negare; nisi aliunde habeant quo vivere possint. Tract. 14. cap. 5. n. 92. Etiam si causæ exhæredationis vere dentur, nisi exhæredatio de factis fiat, allata, & probata causa in testamento; nullus exhæredatus censetur, nec ab hæreditate repelli potest. n. 93. Ob alias causas licet similes, præter ibi enumeratas exhæredatio fieri nequit. n. 94. Si pater filio, sive filius patri injuriam illatam tacite, vel expresse remittat admittendo offensorem ad suam amicitiam, eum amplius exhæredare non potest: immo si post exhæredationem ipsam, injuriam expresse, vel tacite remittat, etiam si non revocaverit testamentum, exhæredatio non tenet. n. 95. Etiam data causa legitima exhæredationis, si qui exhæredari meretur, in Religione profiteatur, amplius exhæredari non potest. n. 96.

203. Ab intestato mori dicitur, qui quacunque ex causa sine testamento decedit, sive quia non fecit, sive quia invalidum fuit. Tract. 14. cap. 5. num. 97. Decedenti ab intestato; primo succedunt filii per capita; deinde nepotes, & pronepotus per stirpes, seu quatenus repræsentant patrem suum filium testatoris mortuum, exclusis omnibus ascendentibus, & transversalibus; quod verum est de omnibus filiis sive viris, sive feminis, sive emancipatis, sive non emancipatis, etiam ingratas, & qui causam exhæredationis dederunt, si facta non fuit; qui omnes per capita æqua-

liter succedunt. n. 98. Deficientibus descendentibus succedunt ab intestato ascendentes, exclusis omnibus transversalibus, eo modo, & ordine quo supra diximus de legitima. sect. 200. Hæc successio locum habet etiam respectu filii posthumi statim mortui, v. g. prægnante uxore moritur maritus, post ejus obitum nascitur filius, qui statim moritur: tunc ex jure communi succedit illi mater. n. 99. 100. Si defunctus habeat fratres, vel sorores utrinque conjunctos, (dicitur autem in jure utrinque conjunctus, qui est talis ex patre, & matre,) mortis tempore, ex jure communi succedunt simul cum parente, vel alio ascendente non per stirpem, sed per capita; & tot portiones hæreditatis sunt quot sunt personæ ascendentiæ, & fratrum qui succedunt. n. 101.

204. Deficientibus ascendentibus, & descendentibus succedunt consanguinei proximiores transversales, sive agnati sunt (id est consanguinei ex parte virorum,) sive cognati, (id est consanguinei ex parte feminarum,) usque ad decimum gradum inclusive, ita ut præferantur illi qui in proximiori gradu sunt; & si omnes in eodem gradu sint, æqualiter per capita succedunt. Verum in Feudis hæc successio non extenditur ultra septimum gradum; in majoratibus vero ad quemlibet gradum extenditur. Numerantur autem gradus in ordine ad successionem secundum jus civile, quod computat omnes gradus distantie cuiuscunque personæ a communi stirpe: & ideo quia tres fratres, cum horum quilibet distet uno gradu a stirpe, distant tribus gradibus inter se: & quia duo filii duorum fratrum distant singuli duplici gradu a stirpe; hinc filius unius fratris distat a filio alterius, quatuor gradibus; & sic de pronepotibus. Etiam quando inequaliter distant, annumerandi sunt gradus unius cum gradibus alterius. Tract. 14. cap. 5. num. 102. 103.

205. Fratre defuncto, si non habeat descendentes nec ascendentes, succedunt primo loco fratres illius utrinque conjuncti

conjuncti, seu ex utroque parente; exclusis semifratribus, seu ex uno solo parente. Si adint filii alicujus ex fratribus utrinque conjunctis defuncti, hi succedunt per stirpes non per capita, quia solum succedunt ut repræsentant patrem defunctum. Si nullus vivat frater ex utroque parente, succedunt per capita filii fratris ex utroque parente, etiam si adint frater defuncti ex uno parente. Deficientibus fratribus utrinque conjunctis, & filiis eorum succedunt semifratres, & filii eorum inclusis transversalibus; & si adint filii alicujus semifratris defuncti, hi cum suis patris succedunt, non per capita sed per stirpes, quia succedunt ut repræsentant semifratrem defunctum, ipsorum patrem. Tract. 14. cap. 5. n. 104.

206. Si defunctus habeat tantum semifratres, quorum sint alii uterini id est ex sola matre; alii consanguinei, seu ex solo patre: in bonis quæ ex matre obtulerunt defuncto præferuntur uterini; in bonis vero quæ ex patre ei obtulerunt præferuntur fratres consanguinei: in aliis vero bonis æqualiter succedunt; & idem dicendum de horum filiis, quando loco patris succedunt. Notandum quod prælatio quam leges dant fratribus utrinque conjunctis in successione, solum est respectu semifratrum & filiorum eorundem; non vero respectu aliorum cognatorum vel agnatorum, nam cum istis, fratres utrinque conjuncti succedunt ut supra. n. 204. Et ideo patruus qui est frater utrinque conjunctus patris nepotis defuncti, æque succedit cum patruo qui solum est semifrater illius, & præfertur nepotibus, seu filiis patris, qui erat frater patris defuncti ex utroque parente, quia leges solis fratribus defuncti utrinque conjunctis, & eorum filiis privilegium prælationis concessere. Tract. 14. cap. 5. n. 105. Si nullus adint frater defuncti, sed tantum filii diversorum fratrum defunctorum, omnes isti succedunt in bonis patris defuncti non per stirpes sed per capita, sive defuncti fratres essent utrinque conjuncti, sive non; quia tunc lo-

lum dicitur filios succedere per stirpes, quando succedunt præcite, ut repræsentant patrem; id est quando filii illius qui moritur succedunt loco patris cum fratre, vel fratribus illius in hæreditatem fratris defuncti ab intestato. n. 106.

207. Quando nec frater, nec filii fratrum ejus qui moritur absque testamento, & non habet descendentes, nec ascendentes, jure communi hæreditas devolvitur ad consanguineos, nulla habita ratione an sint utrinque conjuncti, vel ex una parte tantum; succedunt autem juxta ordinem graduum usque ad decimum, ita quod proximiori competat omnis hæreditas in integrum; si autem sint plures in eo gradu, dividitur hæreditas inter eos per capita; nec datur locus repræsentationi. Deficientibus consanguineis intra decem gradus, succedit uxor defuncti, si non præcessit divorcium, vel si præcessit, fuerint postea reconciliati. Eodem modo in dicto casu uxori defunctæ succedit vir. Deficientibus descendentibus, ascendentibus, fratribus, consanguineis, & uxore, succedit fiscus. Tract. 14. cap. 5. n. 107.

208. Substitutio est unius, vel plurium in alterius, vel aliorum locum ad rem aliquam in ultima voluntate tacita vocatio. Dividitur in vulgarem, pupillarem, exemplarem, fideicommissariam, reciprocam, seu breviloquam, & compendiosam. Tract. 14. cap. 5. n. 109. Substitutio vulgaris est simplex, & directa substitutio, qua quis heredi a se instituto quemlibet substituit. Fit autem vel generalibus verbis, ut: *Instituto heredem Titium, & si ille non fuerit, sit meus heres Cajus*; vel specialibus verbis, dicendo: *Instituto heredem Titium, & si ille noluerit acceptare, sit meus heres Cajus*; vel verbis specialissimis, ut: *Instituto heredem Titium, & si ille noluit, vel non possit esse heres meus, vel ante moriatur, vel alio quovis titulo non fuerit heres meus, sit loco ejus Cajus*. n. 110. Substitutio vulgaris extinguitur. 1. Quando heres primo instituto acceptat hæreditatem. 2. Moriente ipso substituto, antequam primus heres hæ-



hereditatem recuset, vel ab ea exclusus probetur: nam si moriatur, hereditate recitata, vel ejus exclusione probata, jus transit ad haereditatem substituti. num. 111.

209. *Substitutio pupillaris est, qua testator filio impuberi in potestate sua, constituit heredem substitui, qui impuberi ipsi sit haeres; & fit sub tali forma: Instituo meum heredem Petrum meum filium; & si ipse moriatur in aetate pupillari, sit ejus haeres Paulus.* Per hanc substitutionem, mortuo filio in aetate pupillari, perveniunt ad Paulum non solum hereditas patris, sed & omnia bona apud filium, quovis modo tempore mortis inventa. *Tract. 14. cap. 5. n. 112.* Haec etiam substitutio fieri potest verbis generalibus, ut: *Filium meum instituo heredem, & substituo ei Petrum:* Vel verbis specialibus, addendo mentionem aetatis pupillaris: vel verbis specialissimis, ut: *Instituo filium meum impuberem heredem; & si in pupillari aetate post mortem meam deceverit, ei Franciscum substituo.* Quocumque ex his modis valet substitutio. Potest autem pater ponere onera, & conditiones, quas voluerit substituto; non enim est haeres necessarius. n. 113.

210. Sex sunt conditiones requiritae ut substitutio pupillaris valida sit. Prima. Quod is cui datur substitutus sit filius, nepos vel alius descendens. Secunda. Quod sit sub patria potestate substituentis. Unde nec mater substituere potest, nec pater pro filio emancipato, vel naturali, vel illegitimo, quia nullus horum est sub patria potestate. Tertia. Quod filius, cui substituitur, sit impuberis. Quarta. Quod in tali testamento filius instituitur haeres; vel saltem ponatur causa, ob quam exheredatur. Quinta. Quod filius acceptet hereditatem, vel saltem, si non sit capax acceptandi, eam nunquam recuset. Sexta. Quod mortuo testatore, filius maneat sui juris, hoc est, non transeat in patriam potestatem alterius: & sic pater nequit substituere pro filio, cujus avus vivit, quia mortuo patre transit sub avi patria potestate. n. 114.

211. Si pater substituat pupillariter extraneum pro filio qui matrem habet, mortuo filio in aetate pupillari, succedit substitutus in tota hereditate etiam exclusa matre; & manet exclusa etiam de portione legitimae, quae sibi debebatur de bonis pupilli, etiamsi inter haec inveniantur bona, quae pupillus acquisivit per lineam maternam. *Tract. 14. cap. 5. n. 115.* Tribus modis extinguitur, & finitur pupillaris substitutio. 1. In puncto quo filius, cui substituitur, pubertatem attingit, in qua jam testari potest. 2. Si substitutus moriatur ante pupillum; nam jus illius non transit ad haereditatem. 3. Statim ac filius exit a patria potestate, & fit sui juris vivente patre. Et sic quia per professionem patris, vel filii in Religione solvitur patria potestas, si pater qui pro filio pupillariter substituat, in Religione approbata solemniter profiteatur, cessat pupillaris substitutio; & ideo si moriatur pater, & post eum filius ante pubertatem, non succedit substitutus, sed haeres ab intestato. n. 116.

212. Ad exemplum, & imitationem substitutionis pupillaris introducta est a jure substitutio exemplaris. Nam sicuti providit jus, ut pro impubere testaretur pater, vel alius ascendens; sic etiam ut pro filio amente, pro fratre cui interdicta est bonorum administratio, vel ex quocumque morbo testari non valente, aut quia mutus, & surdus, pater, vel alius ascendens testari potest, & alium substituere. Sed hanc substitutionem non possunt facere filii pro parentibus, vel ascendentibus. *Tract. 14. cap. 5. num. 117.* Per hanc exemplarem substitutionem, tam pater quam mater, & in eorum defectum ascendentes substituere possunt: immo & uterque parens proprium substituere heredem; & tunc substitutio facta a patre valet in bonis quae filius habet, ratione patris; substitutio vero facta a matre, in bonis quae habet, ratione matris; reliquis, si quae habet, inter utrumque substitutum aequaliter divisus. n. 118. A patre exemplariter substituti debent

debet esse descendentes a patre; substituti vero a matre, debent esse descendentes ab ea. Per hanc substitutionem nec frater, nec mater a bonis filii excluduntur. n. 119. Extinguitur, & finitur haec substitutio statim ac ille cui datus est substitutus, sit mentis compos, & habilis ad testandum; & si iterum redeat ad insaniam, substitutio reviviscit. Non potest fieri substitutio, quando qui incidit in amentiam jam fecerat testamentum, huic enim standum est. n. 120.

213. *Substitutio fideicommissaria est per quam haeres directe institutus ( qui dicitur commissarius, ) gravatur, ut restituat hereditatem totam, vel certam ejus partem alicui tertio personae, ( quae dicitur fideicommissarius, ) qui inadme, & oblique succedit in bonis, juribus, & actionibus testatoris.* Etiam in Codicillo fieri potest. Antequam haeres gravatus acceptet hereditatem, non acquirit eam, vel ejus partem substitutus; sed potest judicialiter petere, quod iudex compellat illum, ut acceptet, & tandem restituit sibi quod ad se pertinet. Si fideicommissarius moriatur ante testatorem, certum est finiri fideicommissum, & non transire jus ad haereditatem. Ex jure communi substitutio fideicommissaria expirat, & finitur, si haeres gravatus moriatur, ante acceptationem hereditatis. Etiam si haeres gravatus profiteatur in Religione, fideicommissarius non admittitur ad hereditatem usque ad mortem naturalem haereditis. *Tract. 14. cap. 5. n. 121. 122.*

214. Haeres commissarius ex iis quae fideicommissario restituere debet, potest deducere quartam Trebellianicam, quae est quarta pars totius hereditatis, vel ex iis quae restituere debet; si haeres gravatus compulsus est acceptare, vel si gravatus fuit in codicillo, nequit deducere quartam Trebellianicam. *Tract. 14. cap. 5. n. 122.* Quando commissarius gravatus est haeres necessarius, ante deductionem quartae Trebellianicae potest prius deducere suam legitimam, deinde de residuo quartam Trebellianicam; nisi ei

commissum sit, statim post mortem testatoris restituere fideicommissario, quia tunc non potest deducere quartam Trebellianicam; sed eligere potest vel legitimam, vel quartam. n. 123. Quando restituit hereditatis faciendae est post mortem gravati, postunt haeres ejus deducere quartam Trebellianicam, si institutio facta fuit in tota hereditate, vel parte illius; secus si in aliqua re determinata, ut in tali domo, &c. quia tunc est legatum, non haereditas. num. 124.

215. Statim ac haeres gravatus restituit hereditatem fideicommissario, vel partem illius, omnes actiones tam activae quam passivae quas poterat exercere, transferuntur in fideicommissarium pro rata, & secundum portionem quae illi defertur. *Tract. 14. cap. 5. nu. 125.* Potest testator prohibere haereditatem deductionem Trebellianicam, & Falcidiam; & probabile est sufficere etiam tacitam prohibitionem. Non potest haeres gravatus deducere ex fideicommissio ad causas pias quartam Trebellianicam, vel Falcidiam ex legatis ad causas pias; si tamen etiam haeres gravatus Trebellianicam, & ex talibus legatis Falcidiam. n. 126. 127. *Substitutio reciproca, seu breviloqua est, per quam haeres instituit sibi invicem substituantur.* Sub tali forma fit: *Instituo Petrum, & Joannem meos haereditas, & unum alteri substituo.* Vel alius aequaliter verbis. Substitutio compendiosa est, quae includit plures substitutiones diversas quoad tempora, ut si testator dicat: *Instituo filium meum Petrum heredem, & quandocumque moriatur, ei substituo Titium.* Hoc enim compendio includitur substitutio vulgaris, si Petrus ante patrem moriatur; Pupillaris, si admittat hereditatem, ante pubertatem moriatur; Fideicommissaria, si post pubertatem moriatur. Exemplaris si moriatur amens. n. 128.

216. Quodlibet testamentum, & quodlibet ultima dispositio revocari, corrigi, emendari, limitari, vel ampliari potest



potest ad beneplacitum ejus qui illud condidit, usque dum vivit. Tract. 14. cap. 5. num. 129. Per secundum testamentum, etiam cum longe minori solemnitate factum, servatis tamen requisitis a jure, primum manet omnino revocatum. Quod si hæres in secundo institutus non adeat hæreditatem, sive quia nolit, sive quia nequeat, aut alia ex causa, hæreditas devolvitur ad hæredes ab intestato. n. 130. Si testator rumpat testamentum, vel auferat sigillum, aut deleat hæredem, revocatum censetur. Si non in totum, sed in parte illud testator cancellaverit, seu deleverit, sola pars deleta revocata manebit; mentio tamen cancellationis per tabellionem fieri debet, quando ad aliquid mutandum facta est, addendo. Quod non noceat, & hoc ante tabellionatus signum. Si testator duo habeat testamenta ejusdem tenoris, & rumpat copiam signatam, manente tamen integro originali apud Notarium, non censetur revocatum. n. 131.

217. Per testamentum subsequens non censetur revocatum primum, in quo habetur clausula revocatoria subsequens; etiam si in subsequentibus ponatur clausula revocatoria ordinaria, dicendo: Per istud testamentum revoco, & annullo omne aliud quod antea fecerim; quia hæc revocatio generalis tacite imbitur in ipsa natura actus, ideoque nihil operatur, licet expresse posita. Tract. 14. cap. 5. num. 132. Clausula derogatoria subsequentis testamenti hæc, vel alia similis est: *Quia testamentum hoc, mature rebus consideratis a me conditum est, ipsum semper valere volo, & ex nunc revoco, & annullo quodvis aliud testamentum, quod a me conditum fuerit, & nolo ipsum valere, sed quod hoc omnino servetur, &c. & ut firmius sit solet addi: & si in aliquo testamento clausulam revocatoriam hujus ponam, volo quod non valeat tali revocatio, nisi clausula hæc de verbo ad verbum ponatur, & simul talia, vel talia verba.* Et ad majus robur solet etiam addi protestatio, & juramentum nunquam illud revocandi, &c. n. 133.

218. Quamvis primum testamentum dictis clausulis sit munitum, semper remanet revocabile per secundum. Potest autem bitariam revocari: primo si posterius testamentum juramento firmetur, & juret testator se velle omne aliud prius factum revocare; & sic primum quacunque clausula munitum revocatur. Quod si primum juramento firmatum fuit, ut in posteriori revocetur, debet fieri mentio juramenti, dicendo: *Per hoc meum testamentum revoco, & annullo omne aliud testamentum a me hucusque factum: & quocunque clausule, derogatorie in eo posite, volo ut habeantur pro incertis in hoc meo testamento de verbo ad verbum, ad effectum revocandæ, & ex tunc eas revoco, & annullo, & volo, ut nullus sint roboris, vel momenti, non obstantibus juramento adjuncto, cujus relaxationem habeo.* Hac, vel alia æquivalenti forma revocatur quocunque antecedens testamentum, qualibet clausula derogatoria munitum & juramento firmatum. Si post primum testamentum clausula revocatoria firmatum, transferint decem anni antequam condatur secundum; tunc licet in 2. non fiat mentio talis clausule, per istud nihilominus revocatur primum, propter presumpam ejus oblivionem. Tract. 14. cap. 5. n. 34. 35.

219. Testamentum juramento firmatum licet valide revocari possit, non tamen licite, si adimpleri possit absque peccato; ideoque peccaret mortaliter qui absque relaxatione juramenti testamentum illud revocaret. Tract. 14. cap. 5. num. 137. Si duo, vel plures faciant testamentum sub eadem scriptura, & sic hæredes invicem instituant, vel ad Majoratus institutionem bona sua ordinent; mortuo uno, per quod testamentum ex parte sua firmatur, potest adhuc superfluo quantum est ex parte sua illud revocare, & licite, & valide: quamvis enim sit una tantum scriptura, sunt tamen duo testamenta. Idem dicendum si vir & uxor simul testamentum facerent, & sua bona disponenter vinculari, aut in pias causas distribuere, & ordinarent.

hærent quod mortuo uno, alius esset usufructuarius; & poterit nihilominus qui supervivit ex sua parte revocare testamentum, etiam si usufructu potitur: quia usufructus præsumitur relinqui ob mutuum amorem, & non ut conditio, vel onus. n. 138. 139. Si quis ex beneplacito domini de re aliena disponat nomine proprio, tale testamentum firmatur morte testatoris, nec potest a domino revocari; quia unum est testamentum factum nomine ipsius testatoris, licet de licentia domini illius rei: secus dicendum si testamentum fecisset ex commissione nomine ipsius domini. nu. 140. 141.

220. Unusquisque potest alteri committere ut loco illius testamentum faciat, (quod esse facere per commissarium.) Et potest esse commissarius quocunque a jure non prohibetur: unde etiam Religiosus de licentia sui Prælati; immo etiam illi Regulares, qui ex jure communi non possunt esse testamentarii; & etiam mulier. Tract. 14. cap. 5. nu. 142. Nequit commissarius, virtute potestatis ab alio receptæ ad condendum testamentum, hæredem instituire, in tertio, vel quinto aliquem meliorare, aliquem ex hæredibus necessariis testatoris exhæredare, hæredem substituere, nec Tutorem pro filiis assignare, nisi testator specialem ad hæc tribuat facultatem; & si hanc tribuat ad instituendum hæredem, debet esse nominando personam instituendam in particulari. Si nullam ex dictis specialibus facultatibus Testator tribuat commissario; hic solum poterit debita assistere, & testatoris conscientiam exonerare; & quartam partem bonorum remanentium pro anima distribuere, reliqua vero relinquenda sunt hæredibus ab intestato, & si non habeat, danda sunt uxori defuncti n. 143.

221. Si commissio data non habeat effectum, vel quia commissarius non accepit, vel quia illa non est usus intra terminum a jure præscriptum, vel alia ex causa, hæreditas pertinet ad hæredes ab intestato; qui si non sint ascendentes, vel descendentes legitimi

tenerunt quintam partem pro anima defuncti expendere. Tempus assignatum a jure commissario ad utendum facultate data, sunt quatuor menses, si sit præfens: si sit absens & intra Regnum 6. menses: si extra Regnum unus annus. Et computandum est a die mortis testatoris, etiam si commissionis notitiam statim non habuerit. Quod si commissarius intra tempus præscriptum a jure testamentum non condatur, succedunt hæredes ab intestato; poterit tamen testator ipse prorogare tempus commissario. Tract. 14. cap. 5. num. 144. Uxori defuncti non habenti unde deceter vivat, debet commissarius dare quartam partem bonorum, quamvis maritus filios habeat; quia in Auth. Propterea. præcipitur marito dare quartam partem bonorum uxori pauperi, sive ille intestatus decedat, sive cum testamento. n. 147.

222. Hæres qui cum beneficio inventarii hæreditatem acceptat, non tenetur supra vires hæreditatis debita solvere testatoris. Ut autem gaudeat tali beneficio, debet inventarium intra 90. dies abolvere; nisi adit legitimum impedimentum. Si bona defuncti, vel major pars sit extra locum ubi habitant hæredes, conceditur spatium unius anni. Tract. 14. c. 5. nu. 148. Inventarium fieri debet ante publicum Tabellionem, citatis creditoribus, & Legatariis; ad quod petitio presentanda est Judici, ut faciat eos comparere: nec requiritur quod Index inventario assistat. num. 149. Non potest testator respectu creditorum remittere hæredi obligationem faciendi inventarium; bene vero respectu eorum, quibus libera voluntate aliquid relinquitur. num. 150. Si hæres non faciat inventarium intra tempus a jure præscriptum, tenetur ad omnia debita, & obligationes defuncti etiam ultra vires hæreditatis; & hoc quidem in foro externo; in foro autem conscientie minime tenetur, si vere vires hæreditatis non sufficiant, etiam post Judicis sententiam; quia tunc leges litæ, sunt sententia falsæ tituntur præsumptioni fraudis, & fallaciæ. n. 151.



223. Hæres ex bonis defuncti tenetur omnia debita realia illius solvere, non vero personalia; succedit enim in omnibus juriis realibus defuncti, non in personalibus. Et si plures sint instituti hæredes, quilibet tenetur ad debita defuncti solum pro rata hæreditatis, nisi aliter defunctus disposuerit. Non tenetur hæres ex bonis vinculis defuncti debita solvere, nec vinculi stare locationibus, aliisque contractibus circa bona vinculata ab antecessore factis. Sed hæres liberorum bonorum stare debet locationibus, aliisque contractibus circa talia bona ab antecessore initis. Tract. 14. cap. 5. n. 152. Tenetur etiam hæres ad solvenda legata a defuncto relicta. Si tamen sciat, vel dubitet quod hæreditas pro omnibus debitis non sufficiat, tenetur prius satisfacere creditoribus, & deinde solvere vota realia a testatore facta, antequam legata adimpleat. Hæres, vel testamentarius habet integrum annum a morte testatoris, intra quem cogi non potest ad solvenda legata profana in foro externo; sed si legatum sit absolutum, & ad causas pias, statim ac hæreditatem adit, cogi potest. Peccant tamen mortaliter hæredes, & testamentarii, qui statim ac commode possunt debita, & legata non solvunt; nam annus a jure concessus est solum pro foro externo: immo ab ipsis Confessoribus absolvi non possunt; sed eos cogere debent, ut testamenta quamprimum adimpleant. n. 152. &c. Si hæres, vel testamentarius negligens sit in solvendis debitis defuncti, non ideo anima ipsius defuncti in purgatorio detinetur, donec solvantur, ut vulgus falso credit. n. 158.

224. Testamentarii alii sunt universales, alii particulares. Universalis est qui eligitur in testamento, in quo non nominatur hæres, ad distributionem bonorum testatoris, & solvenda illius debita; & hunc reputat jus fere ut hæredem. Particularis est qui communiter nominatur a Testatore ad executionem testamenti a se facti: Testamentarius universalis potest omnia bona defuncti

vendere, de eisque disponere ac si hæres esset: secus vero particularis, nisi ad hoc habeat specialem facultatem tacitam, vel expressam, quæ solet illi impendi his verbis: *Poterit bona mea vendere in publica subhastatione, vel extra eam.* Poterit autem hæres hanc venditionem impedire, si se obliget ad solvenda debita, & legata. Tract. 14. cap. 5. n. 159. Ut possit testamentarius particularis vendere bona defuncti, & de eis disponere, necesse est quod hæres acceptet hæreditatem; quia secundum jus commune, reculata hæreditate, nullum est testamentum. n. 160.

225. Testamentario incumbit solvere legata defuncti, & cætera, quæ in testamento disponuntur executioni mandare, & si in hoc negligens fuerit, mortaliter peccat. Si aliquod legatum in testamento ipsi relictum fuerit, propria auctoritate sibi accipere potest. Si hæres possessionem adeptus resistat legatorum solutioni, non potest testamentarius eum a possessione decipere; tenebit tamen ipse Episcopus consensum facere resistenti hæredis, ut ipsum compellat; quod si hoc omittat, mortaliter peccat. Tenetur etiam testamentarius solvere debita, quæ testator in suo testamento declaravit; alia vero solvenda sunt ab hærede, nisi testamentaria a testatore commissa fuerit facultas ad exonerandam conscientiam suam, quia tunc omnia solvere debet, solutis tamen prius expressis in testamento. Tract. 14. cap. 5. n. 161. Potest testator quilibet sive Clericus, sive secularis, sive vir, sive femina testamentarium eligere quem voluerit, & potest esse etiam femina; & etiam minor, dummodo decimum septimum expleverit; item ipse hæres, vel hæredes. Possunt etiam Clerici esse testamentarii, nec non & Regulares; de licentia tamen suorum Prælatorum; & poterit etiam suscipi tale munus sub conditione, Si Prælatus consenserit. n. 161. 162.

226. Nemo potest cogi, ut munus testamentarii suscipiat: sed si expresse, vel tacite acceptavit, ad illud exercendum

nam compelli potest. Censetur autem tacite acceptare quando incipit solvere debitum aliquod, vel legatum, vel alio modo in defuncti bona se intromittere. Quod si testator legatum aliquod ei relinquat, tenetur vel acceptare officium, vel legatum relinquere. Quando Testamentarius non acceptat officium, devolvitur ad Episcopum, qui potest cui voluerit illud committere; & compellere ut acceptet. Tract. 14. cap. 5. n. 164. Pro munere testamentarii nihil accipi potest: nisi in casu quo propter hoc munus damnum aliquod pateretur, vel lucrum amitteret; quia tunc ei a Judice assignandum esset conveniens stipendium. Non poterit autem testamentarius aliquid sibi emere de bonis defuncti, sive per se, sive per interpositam personam; id enim ei prohibitum est. n. 165. Potest Episcopus, vel etiam Judex secularis (est enim causa mixti fori) compellere testamentarium, ut testamentum exequatur etiam ante transactum annum, saltem quoad legata pia. Quando testator ordinat ne a testamentario, uxore, vel alia persona cui sua negotia commisit unquam exigatur ratio: non ob id aliquid ei relinquit; sed solum indicat fe omnia suæ conscientiæ committere; & quod illius stetur dicto. n. 166. Regulares non tenentur rationem reddere Episcopi de testamentorum executione; & si instituunt secularium hæredes Monasteria, aut Religiosi, sive simpliciter, sive cum gravamine aliquorum legatorum in favorem secularium, non possunt visitari, vel puniri a loco Ordinariis. Quando in testamento conceditur testamentario facultas aliquas eleemosinas distribuendi inter pauperes, non poterit eas uni soli conferre; at si distributio suo arbitrio committatur, poterit præferre quos voluerit; & etiam cognatis suis dare, si vere pauperes sint; etiam suo Conventui, si Prælatus sit; etiam sibi, si vere pauper sit. n. 167. 168. 169.

227. Legatum donatio quedam est, quam defunctus præstantem relinquit ab hærede, de eo quod foret hæredis. Si testa-

tor legatum quod in testamento relinquebat, in vita dedit, non ideo amittit rationem legati ex natura sua revocabilis: Si vero absolute donavit, sine relatione ad testamentum, erit donatio inter vivos irrevocabilis. Tract. 14. cap. 5. n. 170. Legatum vel est purum, vel conditionatum, vel in diem. Legatum purum est quod absolute, nullo determinato tempore, & sub nullo onere, aut conditione relinquatur: legatum in diem est quod, determinato tempore, vel die præstandum est: legatum conditionatum est quod sub aliquo onere, conditione, causa, aut demonstratione relinquatur. Legatum pium durat ad instar voluntatis testatoris: quod autem duret tantum per decennium est propositio damnata. n. 171. Nulla legata valent, si vere pura, sive conditionata relicta in testamento, in quo hæres non acceptavit hæreditatem, exceptis legatis ad causas pias, quæ solvi debent ab hæredibus ab intestato: exceptis pariter quibuscumque legatis relictis in testamento, cui apposta est clausula codicillaris. n. 172.

228. Omnia legata pura, & absoluta statim a morte testatoris acquiruntur, secuta acceptance legatarum, & jus ad illa transit ad ejus hæredes: si vero legatarius ante testatorem moriatur, cessat legatum, & nullum transit jus ad hæredes legatarum: Idem dicendum si testator alicui legatum relinquit, putans eum vivere, qui tamen mortuus erat: sic etiam si legatum relinquitur sub conditione pensionis de futuro, vel in diem, vel ad tempus determinatum, & moriatur legatarius ante adventum temporis, vel adimpletionem conditionis, non valet legatum, nec transit jus ad hæredes illius. Tract. 14. cap. 5. nu. 173. Si quis legavit alicui fundum, & in eo erexit domum, vineam plantavit, &c. totum incrementum est legatarum: si legavit alicui, & hæc ab igne, vel turbine destructa est, locus in quo erat



pertinet ad legatarium. Si quis domum legavit, quæ postea recondita vel meliorata est, omnia melioramenta ad legatarium pertinent. Si res legata a testatore vendatur, vel distrahatur, censetur revocatum legatum, & licet eam dominus iterum acquirat, non reviviscit legatum. Si quis legat alicui triticum in horreo inclusum, & postea illud consumat, cessat quidem legatum ob consumptionem; sed si aliud reponatur a testatore in eodem loco, illud legatario debetur tanquam subrogatum loco consumpti: & idem est de domo legata, postea destructa, & in eodem loco a testatore denovo erecta. Si testator legavit Petro 100. aureos qui sunt in arca: si ibi tantum sint 50. hi tantum debentur legatario. n. 174.

229. Fructus ex re legata percepti ante mortem testatoris pertinent ad hæredem, non vero ad legatarium, nisi aliud constet de mente testatoris; & nisi fructus rei legatæ ipsi incorporentur, quemadmodum gregi incorporantur capita quæ nascuntur; nam & quæ moriuntur legatario moriuntur. Si res legata fuerit fundus, vinea, olivetum, &c. fructus pendentes tempore mortis testatoris pertinent ad legatarium. Tract. 14. cap. 5. num. 175. Legato principali censentur legata & accessoria, n. 176. Legatum relictum sub distinctione dicendo *v. gr.* dantur Petro arma mea, vel vestes, potest ab hærede adimpleri tribuendo quod voluerit, scilicet vel arma, vel vestes. n. 177. Legatarius debet ab hærede legatum accipere: quod si post acceptationem hereditatis legatarius propria auctoritate, inficio herede legatum, vel eius partem sibi accipiat, id quod accepit amittit, & heredi tribuitur. num. 178. Si legatum factum sit tali pauperi, vel tali loco pio, non ut talis persona est, vel talis locus, sed ut opus pium est; mortuo illo paupere, vel destructo loco, alteri pauperi, seu loco pio tribuendum est: secus si illi personæ vel loco reduplicative, ut tali factum est; in dubio autem præsumendum est voluisse

testatorem facere opus pium. n. 179.

230. Legatum relictum sub conditione de facto, vel de jure impossibile, rejecta conditione validum est; sicut & omnes aliæ ultimæ voluntates. Condicio autem de facto impossibilis est que re ipsa impleri nequit, ut: si digito cæculum tetigeris: condicio vero de jure impossibilis est, cui jus divinum, naturale, vel humanum resistit, vel que est contra bonos mores, vel opera pietatis; & hæc semper rejici debet. Tract. 14. cap. 5. n. 180. Legatum relictum Petro ut nubat testatoris filie, non valet nisi matrimonio secuto: & si alteri nubat legatum amittit; etiam si altera mortua cum qua post legatum nupsit, ducat testatoris filiam. Non amittit tamen legatum, si filia testatoris vel moriatur, vel Petrum accipere nolit, vel ejus Parentes eam ipsi dare recusent: neque si tale matrimonium non sit honestum, & cum persona digna. num. 181. Condicio nunquam nubendi, addita legato, invalida est: condicio vero non transeundi ad secundas nuptias valet; & si legatarius iterum nubat, amittit legatum. num. 182. Legatum relictum mulieri sub conditione, quod casta, & honeste vivat, non amittitur si contrahat matrimonium: bene vero si copulam illicitam, si tactus impudicus, amplexus & oscula, non semel, aut iterum, sed pluries admisit. num. 183.

231. Legatum relictum pro nubendis virginibus, viduis, vel orphanis, potest dari eisdem ingredi volentibus Religionem; etiam si mens testatoris non esset illud dari Religionem ingressurus, quia, ne propter legatum melior status deleteratur, talis condicio rejicitur. Tract. 14. cap. 5. n. 185. Legatum relictum pro naturalibus alicujus Oppidi, alibi natis, qui ibi sunt, & habent animum ibi in perpetuum manendi dari potest, si de tali animo constet: vel ibi saltem per decennium habitaverint. num. 186. Legatum relictum ad nubendas orphanas, potest dari iis quæ parentes inutiles habent, si non adint aliq-

que

que veræ orphanæ sint. num. 187. Legatum pro nubendis mulieribus, non potest dari jam nuptis, nisi quando relictum est tali determinatæ personæ ut nubat; quia tunc etiam si jam nupsit, ei dandum est. num. 188. Legatum pro nubendis, virginibus, etiam secreto corruptis dari potest, dummodo in communi hominum opinione virgines reputentur. num. 190. Si bona defuncti pro omnibus legatis non sufficiant, solutio pro rata faciendæ est. n. 191.

232. Quando mens testatoris dubia est, datur locus interpretationi, quam potest facere quilibet vir doctus. Tract. 14. cap. 5. n. 192. Legatorum commutatio, si impleri non possint in forma a testatore prescripta, auctoritate Episcopi, fieri potest antecedente heredum, & legatiorum consensu; si ob id graventur. Legatum quod impleri non potest, si sit profanum, fit caducum; & cedit heredi: si sit pium, converti debet in aliud simile, auctoritate ut supra. num. 193. Legatum quod impleri potest, si sit profanum, auctoritate supremi Principis, ob publicam necessitatem, vel aliam justam causam in aliud profanum, vel pium commutari potest: si sit pium, potest illud summus Pontifex ex justa causa, & non aliter, in aliud pium commutare. Id etiam potest Episcopus ex justa causa, consentientibus hærede, & legatario, si ob id graventur. num. 194.

233. Quarta Falcidia dicitur quarta pars bonorum testatoris, quæ deducitur pro rata ex legatis in testamento relictis, ita ut saltem quarta pars bonorum hæredi remaneat. Falcidia ergo tunc solum deduci potest, cum solutus debitis, & legatis non remanet heredi saltem quarta pars bonorum testatoris. Falcidia non solum deducitur ex legatis, sed etiam ex donationibus, causa mortis. In hac quarta parte computandum est quicquid hæres per hereditatem accipit; de eo vero quod per viam legati ei relinquatur, idem dicen-

dum ac de aliis legatis, ita ut de omnibus Falcidia deducatur. Tract. 14. cap. 5. n. 195. Antequam Falcidia deducatur, solvenda sunt omnia debita testatoris, & expensæ funeris. Deinde deducenda sunt legata necessaria, si hæreses sint descendentes vel ascendentes: Deinde legata pia, & si quæ sunt privilegiata: tandem ex reliquis legatis deducitur ab hæredibus non necessariis quarta Falcidia. n. 196.

234. Non potest deduci quarta Falcidia. 1. Quando id testator expresse prohibuit. 2. Si legatum sit causa pia, nisi etiam hæres sit causa pia. 3. Ex legatis sub conditione quod non possint vendi, distrahi, aut alia via evagari. 4. Quando hæres non fecit inventarium tempore a jure præfixo. 5. Quando hæres a Judice admittitur, intra annum non adimplevit testamentum. Sed cum istæ leges sint penales, non obligant nisi post Judicis sententiam. 6. Quando hæres sciens vires hereditatis legata integre solvit; si tamen ex errore hoc fecit, putans hereditatem sufficere ad omnia, quæ de facto non sufficit: vel si appareant nova debita, poterit suam Falcidiam ex legatis solutus repetere. Tract. 14. cap. 5. n. 197.

## TRACTATUS VIII.

### De octavo Decalogi præcepto.

#### PROEMIIUM.

**I**N hoc præcepto prohibentur læsiones; vel injuriæ proximo irrogatæ; tam in judicio per falsum testimonium, quam extra judicium mendacis, temerario judicio, detractione, contumelia,